

operatur successor, habetur particulariter actum sub tit. de successi. ab intest. disc. 37.

ROMANA PECUNIARIA SEU RELEVATIONIS PRO MONTE PIETATIS CUM ALTOVITIS.

Causa disputata in Rota, & in Signatura Gratiae, & resoluta pro Monte.

De administratore sacraedis, vel publici banci, ad quid teneatur erga ipsam aedem, vel bancum administratum: Et de aliis ad materiam administratorum, eorumque obligationibus.

SUMMARIUM.

- 1 F Alti series.
2 Deponens, qui restituit depositum non servata eius lege tenetur de proprio.
3 Resolutio causae.
4 Quod in feudis novis, vel hereditariis datur depositio, vel obligatio.
5 Obligatus, vel fideiubens pro administratore in uno munere, non tenetur pro gestis in diverso munere, vel officio.
6 Quod ad ministrum ratiocinatorum non pertinet scire ea, quae consistunt in puncto iuris.
7 Declaratur conclusio, de qua n. 4.
8 Fideiubens pro officiali, vel administratore tenetur etiam de his, quae contingunt de novo administratione durante.
9 Declaratur conclusio, de qua num. 5.
10 Et quid de fideiussore officiali: pro officio prorogato.
11 Quando locator operarum tenetur, & de quibus.
12 In corporibus inanimatis sub administratione viventibus non datur culpa, quae referenda est administratoribus.
13 De administratoribus Montis Pietatis Urbis, qui sunt, & de eorum numeribus.
14 An principatus administrator tenetur reddere rationes de gestis per administratores inferiores.

DISC. XV.

Imposito censu per quemdam Baronem Regni Neapolitani in forte sc. 15. mil. ad favorem Ducis Joannis Antonii Ursini, pecunia ex conventionem deposita fuit in Monte Pietatis Urbis, non solvenda, nisi debitor assensum Regium in forma valida in actis Notarii de instrumento rogati exhiberet super obligatione feudalium; Cumque debitoris ministri, obento assensu per memoriale cum subscriptione officialium ad quos pertinet, desuper non expedissent privilegium in forma Regiae Cancellariae, sed ita dictam memoriale subscriptum exhibuissent, unde Notarius fidei fecit de dicta exhibitione; Hinc Petrus Paulus Bonillus Montis Ratiocinator, seu Coputista, putans ita depositi legem impletam esse, dedit in mandatis Caplerio, quod pecunia solvi poterat, ut sequutum fuit; Quare creditor, cui super feudis, ob dicti assensum inefficaciam, consilium non remanebat, iudicium instituit contra ipsum Montem depositarium pro reiterata restitutione depositi, ac obtinuit, praestari pluribus Rotalibus decisionibus, praesertim apud Duno. jun. dec. 604. 622. & 634. & dec. 304. par. 9. recent. repetit. apud Bich. dec. 185.

Dicto autem Ratiocinatore defuncto, Montis administratores pro dicti damni reintegratione, (si non in toto, saltem in parte) iudicium instituerunt contra Altovitos heredes eorum, qui pro dicto Rationatore in susceptione officii pro quadam summa scut. 4. mil. fideiusserant, coram Bichio Iudice deputato ab eisdem Montis Protectoribus, Rotae votum expente, atque sub die 18. Junii 1655. pro ipso Montem proditit resolutio, quae habetur impress. dec. 73. part. 2. recent. & inter illas Bichii decis. 646. ad cuius normam relaxato mandato executivo, reliquae conventis recurrentibus ad Signaturam Sanctissimam pro commissione appellacionis, etiam suspensivae, ista rejecta, cum clausula, sine praesidio executionis, vel acquieverunt solvendo, vel se concordarunt, dum causa ulteriorem progressum non habuit.

In huiusmodi autem disputationibus, plura erant reo-

rum conventorum fundamenta; Primò scilicet, quod cum feuda pro dicto censu obligata, de novo quæsitae essent per ipsum impostitorem, nullus fuisset necessarius assensus Regius; Atque in hoc Scribentes pro reis conventis cum magna aequit vocorum copia se involvabant circa qualitatem feudi novi, ac alteram qualitatem, quod esset hereditarium, ex quibus alienabilitatem resultare, cum copiosis allegationibus probare conabatur ex his, quae in terminis generalibus juris communis habentur in materia.

Secundò, quod cum Statuta Montis, ex quibus potissimum obligatio dicti Ratiocinatoris clarius resultabat, supervenissent post ipsorum fideiussorum obligationem, dum ista sequuta erat de anno 1601. Statuta verò condita de anno 1611. non remanebant obligati, magnum fundamentum constituendo in auctoritate Rotae dec. 156. part. 5. rec. ubi firmatur, quod fideiussores ejus, qui susceptus fuerat in banco tanquam inferior minister, qui vulgò juvenis dicitur, non tenentur pro eodem, qui ad munus Caplerii, vel alterius majoris administrationis assumptus esset.

Et tertiò fortitùs, quòd cùm officium Ratiocinatoris consisteret in suae professionis peritia, hinc proflus improbabile esse dicebant, ut ejus culpa adscribendum esset non adverte, an assensus Regius in ea forma concessus fuisset, necne, cum id, utpotè proveniens ex legibus particularibus illius Regni, neque innovetceret primariis Advocatis, ac peritis juris. C. Urbis, multò minus Ratiocinatori, nullam juris peritiam habenti, & qui non erat Montis consultor, sed minister Ratiocinatorum; Et clarius, quia neque ipse assensus in Monte exhibitus fuerat, sed solum data fides Notarii rogati, attestantis quod in ejus actis ex parte debitoris, Regius assensus fuerat exhibitus.

Duo priora fundamenta, verè nullam substantiam habebant; Quatenus enim pertinet ad primum; Scribens ego pro Monte Pietatis, excusabilis quidem dicebam Scribentes in contrarium, in iure communi peritissimos, illius tamen Regni leges, ac stylos particulares, (in hac praesertim feudali materia,) non callentes, quoniam ibi ex Constitutione incipiente, Constitutionem Divinae memoriae, extra omnem controversiam est, ut ea vera, & proprie feuda, quae ibi quaternata dicuntur, nullatenus alienari, vel obligari valeant, seu quocumque vis reale in eis imprimi possit absque Regio assensu, in ea forma, quae ibi dicitur Regiae Cancellariae, sive agatur de feudo novo, sive de antiquo, non curata qualitate hereditaria, quae cum illa sanguinis in eis inest, dum ipsimet principales contrahentes, liberam ponentem facultatem habent, neque aliquid jus in feudi corpore, seu substantia, ex privata conventionem dicto Regio assensu non vallata acquiri potest, ut pluries in sua materia sub tit. de feud. cum sine principia ibi non admittentia principum dub tandi.

Quo verò ad alterum motivum; Ubi etiam obligatio dicti officialis reintegrandi Montem, seu ejus bancum de damno ex ejus culpa causato, à sola dispositione dicti novi Statuti proveniret, (cujus tamen contrarium verius esse dicebam, quod scilicet, id proveniret etiam de natura officii, seu administrationis ex dispositione juris communis, ita clarius per dictum Statutum interpretari;) Adhuc tamen fideiussorum obligatio istum casum complectebatur; Si enim quis fideiubens pro syndicato officiali, qui eodem officio durante, in eo delinquit, ob contraventionem novae legis post officii susceptionem, ac fideiussorum obligationem emanatè, non per hoc dicendum est, quod fideiussores teneri non debeant, quoniam obligatio facta est in genere pro tota administratione, donec illa duraret.

Idque probabam cum dispositione textus in l. quovis, §. finali, ff. de admin. tutor. ubi scribentis, de quibus apud Marin. resol. 137. lib. 1. & Rovit. decis. 5. num. 2. & 3. quod scilicet fideiussores tutoris, vel alterius administratoris, non solum tenentur pro administratione bonorum, quae pupillus habebat de tempore susceptionis administrationis, sed etiam eorum, quae postea obvenirent, quoniam ubi agitur de officio, quod percutit tempus futurum, atque habet tractum successivum, fideiussor ad id cogitare debet.

Neque ad rem facere dicebam firmata per Rotam ad dec. 156. par. 5. rec. cum ibi deductis ex claro defectu applicationis; Illa enim procedunt in casu, in quo agatur de officio diverso majoris administrationis, pro quo forsitan fideiussor se non obligasset, Quinimò etiam si de eodem prorogato, quoties prorogatio est talis, quod novam provisionem redoleat; Ad instar eorum, quae ad materiam text. in l. si cum heredes, C. loc. habentur sub tit. de loc. disc. 36. de fideiussore con-

PISANA SEU VITERBIN. FERACCII PRO MANGINIS ET BRUGIOTTIS CUM PLAGIIS

Causa decisus per Rotam pro Plagiis.

De procuratore, seu mandatario ad negotia, de qua culpa teneatur erga mandantem; Et de converso ad quid teneatur mandans mandatario: Et cuius sit periculum pecuniarum, & bonorum mandantis, existentium penes mandatarium ex eorum furto.

SUMMARIUM.

- 1 F Alti series.
2 Resolutions causae.
3 De actione contraria mandati competente mandatario contra mandantem.
4 De qua culpa mandatarius tenetur, & num. 8.
5 Mandatum redolet dolum, vel culpam latam.
6 Quando mandatum sit excusabile, ut non causet dictum effectum.
7 Inter mercatores proceditur de bono, & aequo iuxta eorum usum.
8 De eadem conclusione, de qua n. 4.
9 Quomodo excusatur culpa mandatarii.
10 De securitate ementium merces in portibus, & emporiis.
11 De restitutione expensarum, & damnorum per mandantem mandatario.
12 De alio casu, & an periculum rerum existentium penes mandatarium sit ipsius, vel mandantis.
13 Et de periculo contingente in deposito, an sit deponctis, vel depositarii remissivi.

DISC. XVI.

EX commissione data per Mancinos, & Brugiotto negotiatores Viterbii, emerunt in portu Liburnien. Plagii ibi negotiantes, ab altero negotiatore Galla, certam ferracii quantitatem, ex illò, quod imminente recuperatione Status Plumbini, per diversa emporia traductum fuerat, juxta seriem, de qua sub tit. de feudis disc. 58. Cumque, ut eod. disc. 58. in fin. advenerit, sequuta dicti Status recuperatione, Princeps Nicolaus Ludov. litius maris dominus, dictum ferracium exoneratum ad littus maris prope Urbem in loco per mandantes destinato, tanquam proprium de facto vindicasset; Hinc orta est controversia inter dictos mandantes, & mandatarium, cuius damno, id cedere deberet, atque à Governatore Viterbii in prima instantia, ad mandatarii favorem prodit sententia, in secunda instantia revocata per A. C. introducta verò per appellationem causa in Rota coram Priolo, sub die 27. Martii 1656. pro confirmatione primae sententiae responsum fuit, ut scilicet mandantes non solum tenerentur rescire mandatario pecuniam in emptione, ac transmissione dictae mercis erogata, sed etiam quaecumque expensas litis, aliaque damna, & interesse, ex deductis in decisione desuper edita, quae habetur impress. dec. 157. par. 12. rec. Deindeque coram Faja subrogata alia prodit resolutio 20. Julii 1660. super expensarum restitutione, ad quam tota controversia inter dictos mandantes, seu mandatarios restringebatur, itante quod (me consulente) dictus Princeps Ludov. litius ferracium vel ejus pretium restituit, ut disc. 58. de feud. in fin. advertitur.

In his disputationibus habitis, tam coram A. C. quam in Rota, praesupposito quod in mandatarios servantes fines mandati emendo, & transmittendo dictam mercem, culpa non dignoscitur, nulla caedebat quaesitio super competentia actionis contrariae mandati contra mandantem, ad totum, id quod interest juxta text. express. in l. si verò, §. si mihi mandaveris, & l. si mandato meo, ff. mandati, l. & in contrario, ff. de usuris, cum concordantibus, de quibus in causa decisione, cum sit principium certum.

Quare punctus quaestionis consistebat in culpa praesentia per mandantes ex eo, quod mandatarios in quibusdam literis responsivis ipsos mandantes certiorasset, quod emendi occasio adesset, ferracium, quod extrahitur ab Insula Iuava, quam enunciavit M. Ducis Etruriae; Ita enim ego scribens

conductoris, non obligati pro reconductione, unde à simili inferitur ad huiusmodi obligationes fideiussorias pro officialibus, vel administratoribus.

Major igitur, ac penè tota quaesitio fuit super tertio motivo, praesertim in Signatura Gratiae habita coram Alexandro VIII. qui praecipere non poterat, quomodo simpliciter ratiocinatori huiusmodi culpa imputabilis esset; Quamvis enim in decisione Rotali coram Bichio, plenè, ac doctè expendatur articulus, an administrator, qui ejus peritiam, ac operam locavit, teneatur solum de levi, vel etiam de levissima culpa, juxta ea, quae ad materiam locationis operarum habentur deducta sub tit. de locato disc. 11. Attamen replicabatur (& bene,) ut id procederet, quando culpa fuisset circa opus, vel ministerium, cui administrator praepositus fuerit, delinquendo circa peritiam, quam locaverat, ex deductis d. disc. 11. de locat. Secus autem, ubi in re extra ejus peritiam, ac professionem, cum ita potius à casu fortuito id proveniret, dum cognoscere, an Regius assensus esset in forma valida, juxta illius Regni leges, ac stylos, non pertinet ad Ratiocinatore.

Pro huiusmodi objecto evitandò, (quod verè tam in ratione juris scripi, quam in illa juris naturalis valide stringebatur;) Ego adhibui ratiocinium, seu dilemma, quod dicti Pontificis intellectum captivavit; Dicebam siquidem, quod ipse Mons Pietatis tanquam corpus inanimatum est incapax culpa; quae in eo dari non potest, sed perneceesse illam dare oportet in ejus administratoribus, quorum duae sunt species, Una est habentium solum administrationem habitualem sine exercitio, quales sunt Provivores; Alia verò habentium actualem quales sunt Ratiocinator, & Caplerius, quorum primus explere debet partes intellectus potius, quam mechanicas, in bene scilicet inspiciendo, an illi, qui ordines Montis dirigit, sint creditores, necne, & an sint veri, vel falsi juxta casum, de quo sub tit. de cred. disc. 68. & 69. Sive an depositi leges, ac vincula demandata solutioni obstant; Caplerii vero partes sunt potius mechanicae, circa ipsum factum solutionis pecuniarum, exequendo mandatum ipsius Computiferae, legem sibi praescribitis, an & qualem summam solvere debeat.

Cum igitur jam per rem judicalem Rotaalem facientem statum, atque in huiusmodi disputationibus praesupponendam, firmatum fuerit, quod in depositario adjuerit culpa in restituendo depositum, non bene àdimpletis ejus legibus, unde propterea Mons (cum subsequuto effectu) condemnatus fuerat ad reiteratum depositi solutionem de proprio; Hinc supponenda est culpa sufficiens ad condemnationem, quae perneceesse danda est in uno ex dictis duobus ministris; Inter istos autem de natura ministerii, absque dubio culpa cadebat in Ratiocinatore, ad quem de his inquirere pertinet, dum Caplerius est minister nudi facti, ac executor eorum quae à Ratiocinatore sibi demandantur.

Idèque dicebam, quod si qua aderat exorbitantia, illa erat in primis resolutionibus super condemnatione Montis, de quibus meo non erant partes accessitenti; Subjungebam tamen Pontifici motivanti, quod grata mihi pro Monte succumbentia fuisset ex isto motivo, quo mediante, reassumendo dictum antiquum punctum, Montis condemnatio retractari possit, dum ita loco fe reintegrandi de sola summa scutorum 4000. pro qua isti fideiussores se obligaverant recuperare integram summam majorem scutorum 25. mill. de proprio solutum; Sed firma remanente ista condemnatione, perneceesse id referendum est culpae ipsius administratoris, ob cuius officium non bene explicatum ipse dominus, seu praepositus condemnatus fuerat.

In proposito autem obligationis administratoris reddendi rationes administrationis, an & quando teneatur de facto, & culpa inferiorum administratorum, & officialium, qui administrationis praepositi fuerunt, distinguendo habetur sub tit. de Regalib. disc. 86. ubi concordantes.

ANNOT. AD DISC. XV.

AN & quando administratores piorum locorum teneatur de proprio, & de eorum fideiussoribus habetur in hoc cod. tit. disc. 22. Et conferunt deducta sub tit. de cred. disc. 68. & 69. agendo de Depositariis Montis Pietatis.

more Ad vocati pro mandantibus, dicebam adesse culpam, nedum levem, de qua etiam mandatarius teneatur, quoniam, juxta unam opinionem etiam de levisima, ex deductis sub tit. de Regalib. disc. 117. in fin. & per Harprecht. in §. 11. qui instituit. de mandato n. 21. & segg. sed etiam laetam cum aliqua suspitione doli, & collusionis cum Gallo venditore, dum cum mendacio positivo suppositum fuit esse mercem provenientem à dicto M. Duce, occultata veritate, quod proveniret à Gallis extrahentibus à Statu Plumbini; Si enim id specificatum esset, dicebam, quod mandantes verifimiliter præviderent casum, qui postea contigit, dum dictus Princeps domicilium habebat in Urbe, cum ea auctoritate, quæ vigere solet in nepotibus Pontificis viventis; Posito enim mendacio positivo, quod sit causa mandati, quod alias non esset datum, indubitanter exinde resultare dicitur culpa lata, quæ doli speciem redoleat.

Et quamvis in dicta decisione coram Priolo 157. par. 12. rec. canonicetur quædam debilis responsio, quæ dabatur per Scribenotes pro mandatario, quod scilicet dictus M. Dux in genitivo enunciatus, ibi, dall' Elba dis. A. staret solum ad demonstrandum dominum Insulæ, in qua adfuit etiam sodinæ dicti Principis, faciendo magnum cumulum auctoritatum super propositione, quod verba prolata in genitivo referuntur ad dominium, de quo particulariter agitur sub tit. de feudis disc. 3. At tamen, ut dictum est, nihil debilis responsio erat; Tum ob erroneum, ac falsum præsuppositum, circa dictæ Insulæ flux dominium, quod est Principis Plumbini, solumque in ea M. Dux possidet locum, qui nuncupatur Portus Ferrarius ex venditione, seu datione in solum à quodam antiquo Principe Plumbini sibi facta; Tum etiam, quia cum idem M. Dux haberet ædificia, sub Magonæ vocabulo explicari solita, pluries enunciata præsertim sub tit. de Regal. d. disc. 117. in quibus magna quantitas terrarum laboratur, idemque mandantibus licite ferri negotio incumbens bene innotesceret, idcirco dicebam, quod dicta responsio continebat insipidam manifestam, quoniam negotiatores non vacant historiis, ac polytiscis eruditionibus, sed Principatum consuevis, ac dominiis, sed attendunt id, quod concernit mercimonium, Ideoque prodiit recepta propositi, quod inter mercatores, & negotiantes non attenduntur juris apices, sed proceditur de bono, & æquo, eorumque verba non attenduntur in legalibus, vel grammaticalibus significationibus, sed eo modo, quo illa in usu sunt apud negotiantes, ipsique intelligunt, ex deductis apud Gregor. dec. 126. Buratt. dec. 419. dec. 199. par. 10. rec. n. 7. & segg. & frequenter.

Adhuc tamen (reflexendo ad veritatem partibus pro stylo ab initio liberè insinuatam,) resolutio Rotæ placuit, atque probabilis visa est, quoniam cum ageretur de mandato in solum mandantis, alia non intrat culpa, nisi lata, atque ad summum rigorem, juxta usum sententiam levis, ad text. in l. ita. §. quod h. ff. mandati, cum concordantibus apud Paris. cons. 47. n. 22. lib. 3. Medices de casibus fortuitis par. 3. q. 12. n. 12. & admittunt cæteri allegati apud Harprecht. ubi supra agentes de ista conclusionem, de qua scilicet culpa mandantibus teneatur.

Nulla verò culpa in hac facti specie considerabilis videbatur, nec quidem levisima; Tum quia mandantes in dictis litteris responsivis, seu certioratoriis ingenuè dixerunt, quod merces essent penes quemdam Gallum, idemque ponderabam, quod non poterant mandantes imputare mandataris, cur non cogitasset ad casum, cum ad istum magis cogitare debissent ipsi mandantes morantes in loco, ubi aderat dictus Princeps in statu auctoritativo; Tum etiam, quia probabiliter idem Gallus venditor ipsi mandatario asserere potuit, quod ferracium esset de illo magone M. Ducis ad venditionem facultatam, unde propterea ipse sine sequendo ita scripsit.

Et clarior, quia negotiatores in dicto Liburniensi portu commorantes, nullo modo ad casum cogitare potuerunt;

Quidquid enim tenere soleat Curia Romana, inherendo quibusdam juris rigoribus, qui verè incongrui sunt in hujusmodi negotiis mercantilibus; Apud mercatores tamen ubique potissimum verò, ac præcæteris in dicto portu Liburniensi, certa & constantissima habetur opinio, super portuum libertate, quodque in eis merces ementes omnino tuti sint; Fabulosa verò reputatur conclusio deducta ex textu in l. civilem. C. de futuris. ex iis, quæ habentur deducta in hac materia emptionis mercium in portu sub tit. de Regalib. disc. 129. idemque nec quidem imaginabilem culpam in hujusmodi mandatario cadere posse videbatur, & consequenter de plano intrabat dicta actio contraria mandati; quodque

periculum casus, qui postea contigit, tanquam sequela domini mandantium, non autem mandatariorum esse deberet.

Notabilis autem est hujus causæ secunda decisio 5. Julii 1660. coram Taia, in materia refectionis expensarum, ut etiam advertitur ad disc. 38. de feudis in fine, & etiam in sua materia sub tit. de iudiciis, quod scilicet, quamvis regulariter expensarum resectio non fiat, nisi de illis iudicialibus, quas in Curia pratici, vixas, appellant, non autem de extrajudicialibus, quas dicunt mortuas, ut sunt illæ, Ad vocatorum, Procuratorum, sollicitorum, & copistarum, ac similes; At tamen id procedi circa eam refectionem, quæ per succumbentem, vel in penam temerariæ litis, vel ob condemnationem in Curia generaliter de stylo fieri solitam faciendâ est, non autem, ubi agitur de illa refectione, quæ venit sub obligatione damnorum, & interesse, quoniam tunc omnes quomodocumque passæ veniunt, solumque attenditur naturalis veritas, & in quo de facto ille demerita fuerit, ut praxis frequens docet in refectionibus faciendis per attentantes, seu violentos spoliatores, ac similes, in quibus cadat obligatio refectionis damnorum, & interesse, sub quorum genere omnes indefinitè veniunt, ex deductis in hujus causæ decisione, & in dicta sua materia sub tit. de iudiciis, & sub tit. de credit. disc. 147.

In proposito autem periculi casus, & mandantis, vel mandatarii damno celere debeat. In alia facti contingentia; Cum quidam Magnates in Civitate Neapolitana pro explicatione negotii in Curia, ad eum, seu vassallorum favorem, quamdam pecuniæ quantitatem tradidisset probato Sacerdoti oratori Sancti Philippi ejusdem Civitatis, ut eam transmitteret alci probo, ac diligenti corresponsali, qui in Urbe eam conservaret, non consignandam sollicitatori, seu Notario, nisi post bene explicatum negotium, (idque frequenter transcurrunt contingentias, quas in alia probatissima Curia praxis docet in ejus sece, unde propterea eam transmissit alteri probato, ac integerrimo Sacerdoti oratorii Urbis, qui quarundam pecuniarum, quas in particulari sacculo in arca retinebat, surtum passus fuit; Hinc exorta desuper extrajudiciali dubitatione, cujus damno iste casus cedere deberet, atque desuper pro veritate concorditer consultus; Respondi, quod sine dubio debet cedere damno domini pecuniæ, ac mandantis non autem mandatarii, cum ageretur de mandato in solum ejus gratiam, idemque mandatarius non nisi dolum, vel ad summum latam culpam præstare teneatur, cum tamen in hac facti specie, neque levis, imò levisima concurreret, sed fuisse potius casualis, ex iis, quæ plenè firmantur per Decium cons. 473. & Grat. cons. 94. & 95. cum aliis per Add. ad Dec. ubi sup. & per Magrest. dec. Sicil. 6. post observantias ad pragmaticas n. 11. & segg. de custodie pecuniarum, ut, teneat non debeat de casu; Et conferunt, quæ habentur sub tit. de credito disc. 68.

Tunc autem dicebam, quod difficultatis depere cadere potuisset, quando ista pecunia commixta fuisset cum altera ipsius mandatarii, cum tunc regu. a generales ipsi adferrentur, & tamen iste summus rigor moderationem mereretur juxta ea, quæ in proposito casu contingentis in deposito, an cedere deberet damno deponentis, vel depositarii, habetur ad disc. 68. sub tit. de credito; Atque credo, quod Partes responsio acquirerent.

S U M M A R I U M.

- 1 DE qua culpa teneatur mandatarius.
- 2 De periculo rerum existentium penes mandatarium.

ANNOT. AD DISC. XVI.

DE qua culpa teneatur mandatarius sub tit. de locat. disc. 11. & segg. tit. de credit. disc. 18. de Regalib. disc. 117. sub tit. de camb. disc. 1. & 26.

Et de periculo rerum existentium penes mandatarium, 2 conferunt notata ad disc. 6. de emptione, & venditione, ubi loca concordantia.

ROMANA REDDITIONIS RATIONUM
PRO CATARINA DE VICTORIIS
CUM FRANCISCO LEONELLO.

Causa dispositus in Rota, resolutus ut infra.

De socio administratore negotii socialis, ad quid teneatur; Et quando rationes per eum dicantur bene reddite, necne; Et an redditio fieri possit etiam sine libris, istorumque omisso quid causet; Et de conclusionem, quod administrator ante redditas rationes non dicatur debitor, vel creditor, quomodo procedat.

S U M M A R I U M.

- 1 FActi series.
- 2 Periti solem discordare, ac referre ad partium eorum elegantiam opportunitatem.
- 3 Quod rationes genere reddi etiam sine libris.
- 4 Administrator ante redditas rationes, non potest dici debitor, neque creditor.
- 5 Declaratur conclusio, de qua n. 3. quomodo procedat, ac intelligenda sit.
- 6 Tutor non conscientis inventarium, & librum, præsumitur in dolo.
- 7 Idem in socio administratore non conscientis librum.
- 8 Quomodo deficiente libro administrator supplere debeatur.
- 9 Declaratur conclusio, de qua n. 4. & quando ad certam summam acceptam possit condemnari.
- 10 An & quando mulieri administratrici retardatur restitutio dotis ob non redditas rationes administrationis.

D I S C. XVII.

POSTquam inter Catharinam filiam, & heredem Petri Pauli, & Leonellum diu litigatum fuit coram A. C. & in Rota, tam super redditione rationum negotii socialis per Leonellum administratam, quam super validitate transactionis, quæ inita fuerat, cum præsupposito ejusdem errorum calculi, unde propterea super transactionis in validitate plures prodierunt decisiones Rotæ coram Cerro, sub diebus 15. Martii 1658. 24. Novembris 1659. & 30. Januarii 1662. quarum prima est impress. dec. 321. par. 12. recent. Leonellus, vel ejus hæres dicti negotii administrator, & consequenter obligatus reddere rationes, istud onus ex integro assumpsit, unde propterea in eadem Rota coram Leonellino, datum sub diebus, an constaret de sufficienti redditione rationum, vel potius procedendum esset ad executionem pro fecit sex melle in forte per Petrum Paulum ei dati, ac postis in nigillo sociali.

Scribenotes pro Leonello reo convento, quas primam dubii partem, principaliter insitebant super aliquibus peritorum relationibus invicem discordantibus, ut frequenter, ac penè semper contingit. (cum hujusmodi peritorum principale institutum esse videatur, studere favori partium, quæ eos respectivè eligunt,) ita singulariter examinando partitas dati, & accepti in eisdem relationibus contentas, quales scilicet essent admittendæ, necne, quasi quod ad eas tota rationum redditio restringeretur.

Neque obitare dicebant defectum librorum, quoniam (recepta DD. varaverint,) in Rota, & Curia magis quicquid est opinio, ut rationes reddi possint etiam sine libris, ex deductis apud Gregor. & Adde. dec. 199. dec. 165. n. 15. par. 11. rec. & in Licien. administrationis 23. Junii 1633. coram Cerro, edita in casu, quo sup. disc. 7.

Quod alteram dubii partem super restitutione dictæ summæ fortis principalis scutorum sex mil. ab eodem administratore habitæ, dicebant, quod frequens, ac recepta conclusio est, ut administrator ante redditas, ac dispensatas rationes non possit dici, nec debitor, nec creditor, cum incertum sit, an unus, vel alter sit remansurus, ex deductis apud Buratt. dec. 123. n. 6. & 443. nu. 2. & 880. in fin. dec. 228. n. 3. & 4. par. 11. rec. (ubi quod solum competit actio ad factum pro redditione rationum, non autem ad certam summam,) & in aliis frequenter.

His autem non obstantibus, scribens Ego pro Catharina adrice, super hoc ultimo debito, pro ista, in utraque dicti dubii parte respondendi debere dicebam, Quatenus enim pertinet ad primam partem, non impugnabam dictam propositionem, ut juxta opinionem, quam sequitur Rota, & Card. de Luca Lib. VII.

Curia, etiam sine libris rationes reddi valeant, sed dicebam, quod fallacia erat in applicatione; Proceat enim juxta modum, sive ad effectum, de quo supra in Licien. disc. 7. ut scilicet, quando de facto administrator non confecerit librum, vel confectum amiserit, non per hoc argueri debeat ad factum præcisum impossibile, sed possit per alias species probationum administrationis veritatem justificare, & que ita effugere, vel dictam coactionem ad factum, vel juramentum in litem.

Non inde tamen sequitur, ut ipso administratore pro ejus libito dante notulas partitarum dati, & accepti, ad eas disputatio restringi debeat, quænam scilicet admittendæ sint, & quæ non; Sed punctus est, ut ipse prematur onere probandi aliunde negativam probationem accepti, ac lucrorum, quodque verè ad ejus manus aliud non obveniret; In hoc etenim suffragantur, inventarium bene confectum, ac respectivè liber bene, ac distinctè tentus, tam in tutore, quam in alio administratore, ut scilicet tunc præsumptio sibi assilant circa negativæ probationem, nisi per alteram partem aliud probetur, ideoque his deficientibus tota probatio ad eum transfunditur, tam alius melioris conditionis esset iste malè agens, quam qui rectè suo muneri satisfaci, quoniam iste ab inventario, vel respectivè libro convinci potest, ille autem posset pro ejus libito occultare partitas, de quibus convinci non posset.

Ad eò ut procedendum videatur, cum ea ratione, cui lex innixa est in deserendo alteri parti juramentum in litem, ob malam scilicet præsumptionem, quæ urget contra administratorem, qui in ejus munere ita malè agit; Ur de tutore non conscientis inventarium, ac librum respectivè dec. 142. coram Celso dec. 101. coram Otthobon. dec. 126. 358. & 410. par. 9. rec. & sapius, ut avertitur in dicta Licien. disc. 7.

Et in terminis specialibus socii administrantis negotium sociale, ut in dolo, & culpa dicatur, non conscientem librum bene, an distinctè tentum, juxta bene administrantium usum, plenè cæteris relatis firmatur in Romana societatis affectus 30. Martii 1648. coram Arguelles; Atque ubi non habemus auctoritates, id ad evidentiam comprobare videtur ipsa ratio naturalis, humanumque discursus, cum aliàs lata via fraudibus aperitur, atque ut dictum est, longe melioris conditionis esset, qui malè agit, atque in ejus munere deficit, quam qui bene.

Et consequenter, ut ad effectum bonæ redditionis rationis administrator teneatur adimplendum per equipollens id quod neglexit adimplere in specie, seu forma per legem injuncta, & sic, ut ita admittas ad suppletivam probationem per equipollens, doceat de statu negotii, ac negativæ majorum lucrorum, & obventionum (eo modo, quod id probari diceretur ex inventario, ac respectivè libro bene confectis, ac tentis, istamque dicebam videri, verum, ac germanum sensum hujus conclusionis, ut rationes etiam sine libris reddi valeant.

Quo verò ad alteram dubii partem; Non negabam dictam conclusionem, pariter in suo casu veram, ut administrator ante redditas rationes dicit non valeat debitor, vel creditor, ideoque ad certam summam condemnari non valeat, sed ad solum factum redditionis rationum; Dicebam tamen id procedere, quando administrator exhibet librum bene tentum, aliaque rationes in ea forma, in qua reddi debent, adeò ut remaneat solum partitarum dispendio; Secus autem, ubi est contumax in reddendo rationes, vel coniventur saltem præsumptivè dolosus, & culpofus, non conscientis inventarium, ac respectivè librum, pro administrationis qualitate, quoniam tunc præsumptio est, quod negotium administratum fuerit potius lucrosum, quam damnosum, quodque propterea, fors principalis posita in negotio, ipsique administratori tradita, penes eum salva sit; Et consequenter ad certam summam, vel quantitatem in forte sibi traditam condemnari possit, ut cæteris relatis late firmatur per Rotam dec. 198. & latius dec. 332. par. 10. recent. quarum prima est dec. 192. post Zacch. de oblig. camer. & secunda post controvers. contr. dec. 57. ubi ad satisfactionem concordantes; Atque videtur propositio nimium æqua, & rationabilis, quoniam alias esset confovere delinquentem in delicto, ex quo commodum repararet, dum medio tempore, (quod frequentius esse solet longævum,) in quo de redditione rationum agitur, ipse in præjudicium socii, vel alterius innocentis, habebit usum fortis sibi date in administrationem, atque dum convincitur de dolo, vel culpa ob non bene explicatas ejus partes, rectè admittenda est præsumptio, ut in deterius; Quod tamen certam, ac de-

terminatam regulam generalem recipere non videtur, sed eam recipit particularem juxta facti qualitatem, singulorumque casuum circumstantias, majorem vel minorem culpam redolentes, pro judicis prudenti arbitrio, ex quo pendet inspicere, an probationes, quae dantur per administratorem, praebeant, necne, saltem summum sufficientem, quod verè nihil in ejus manibus remaneat, vel è contra; Ad instar eorum, quae habentur sub tit. de dote disc. 94. ad materiam text. in l. unic. §. exadito, Cod. de rei uxore. action. quando scilicet mulieri retardanda sit, necne restitutio dotis ob non redditas rationes administrationis, cum similibus.

ANNOT. AD DISC. XVII.

Quod redditio rationum reddi valeat etiam sine libris tutelariis, habetur alibi declaratum hoc eod. tit. praesertim disc. 6. & 7. In quorum primo late agitur de puncto, de quo in praesenti disc. n. 4. & 9. quando scilicet administrator ante redditas rationes conveniri valeat.

URBINATEN. SALARII PRO PERIBERTIS. CUM MALATESTA LEONELLO

Casus decisus per Rotam pro Leonello.

An, & quando administrator, vel insitor negotii, obtinere debeat salarium, quamvis servitium non praestiterit, ubi per ipsum non steterit; Et quid ubi contingerit à casu circa culpam ejus, cujus bona administranda erant; Et de aliis ad salarii materiam pertinentibus.

SUMMARIUM.

- 1 Adversus.
- 2 Resolutiones causae.
- 3 De distinctione quando salarium debeatur, etiam si non praestiterit.
- 4 Et quando distinctio non intret, sed contra eam salarium debeatur.
- 5 De transmissione salarii pro toto anno incepto.
- 6 De materia remissionis mercedis, ubi conductor non fruitur re conducta.
- 7 Quid ubi impedimentum provenit sine culpa utriusque.
- 8 Debetur ubi non praestatur factio conductoris.
- 9 De requisitis, ut debeatur salarium pro opere non praestito.
- 10 Suscipiens custodiam Castris, an teneatur si illud transferatur in alium locum.
- 11 An promittens praestare operam in uno loco, teneatur in altero.
- 12 Lectores studiorum unius Civitatis, an teneantur legere in alio loco.
- 13 An leges loquentes de salario, intelligantur de omni specie servitii, vel solum de illo ingeni.
- 14 Quod repugnet naturae solvere salarium, et non recipere servitium.
- 15 Dantur exempla quando id procedat, et quando non, et in specie de Advocatis.
- 16 Et 17 De eodem.
- 18 Quando ratione lesionis intret iudicis officium.
- 19 De materia ac etiam de ratione, cum materia sit rara in Advocatis Curiae.

DISC. XVII.

1 Suscepto per Peribertum appaltu Thesaurariae Urbini per novennium, deputatus fuit dicti negotii administrator Leonellus, sub conventionem salarii, seu mercedis in annuis fecit 400. quodque dicta administratio sequi deberet in Civitate Forosempronien. Cum ex mandato Superiorum, pro subditorum commoditate, aliique de causis, oportuisset Thesaurariae administrationem in Civitate Pisauri transferre, ad quam dictus Leonellus (nolens patrium domicilium deserere) accedere recusat; Hinc proinde orta est controversia, an illi deberetur salarium pro illis annis, in quibus de factis dictam administrationem in dicta alia Civitate sequatur, non exerceatur, neque servitium praestiteret; Et introducta causa in Rota coram Zarata, pro dicti salarii praestazione ad favorem administratoris prodit resolutio sub die 26. Junii 1652. quae habetur im-

pressa disc. 296. par. 11. recent. & dec. 40. post Paitell. ad cuius normam expedita, & commissa causa coram Albergato, idem resolutum fuit sub die 20. Aprilis 1654. atque in hac tantum ultima dispositione Ego scripsi.

Causae punctus, quoad ea, quae sunt juris, de quibus Advocati in Curia folum agunt consistebat in eo, an operam locatori deberetur salarium, quamvis operas non praestiterit, quoties per eum non steterit, quominus praestarentur.

In hoc autem dicebam, quod Bartolus (quem caeteri in hac materia magistram agnoscunt) in l. fimo, §. cum quidam n. 5. ff. locati, & in leg. 1. §. divus nu. 2. ff. de variis, & extraordin. cognitionibus, quoties agitur de salario debito ex conventionem, ita distinguit, quod aut operam non praestantur ob factum conductoris operarum, vel etiam ob casum, qui in ejus persona contingat, & tunc illud debeatur, & in his terminis procedunt text. in leg. qui operas, & l. sed adde, §. cum quidem, ff. locati, cum concor. pro locatore operarum facientibus.

Aut non praestantur ob factum ipsius locatoris, & tunc non solum illud non debetur, sed locator teneatur conductori ad damna, & interesse; Aut vero id non sequitur ex casu in persona ipsius locatoris contingente, & non debeatur, nisi ad ratam operarum praestitarum.

Et quamvis Gloss. & Azor. in hac ultima parte distinctionis, contrarium sentire videantur; Attamen communi DD. sensu reprobandur, dictaque distinctio recepta est, ut communiter DD. in eadem l. fimo, §. cum quidam, ubi praestitum Castrensi, & Salyceti, qui n. 8. advertit iniquum videri, ut conductor abique ejus culpa, conducto servitio careat, atque salarium solvat, quamvis nulla adesse factio locatoris, quoniam id recte procedit in eo salario, quod potius honoris causa, quam ex conventionem, ac mere correlative ad servitium ex dispositione legis, vel hominis debitum est, ut exemplariter solet in salario lectorum, ac professorum, in remunerationem virtutis, ac partus ingenii magis, quam operarum; Ita enim salarii species non data contraria conventionem, vel consuetudinem, pro anno folum incepto in totum transmittitur, juxta doctrinam Bartol. in dicta leg. 1. §. divus, & caeteris relatis firmant Cephal. conf. 70. & 71. Maranta conf. 59. ubi de medico, in quo tamen contrarium habetur apud Capyc. disc. 27. n. 21. Et de Advocato Rota apud Duran. disc. 53. n. 4. cum concordant per Zacc. de salar. quest. 21. (licet consuetudo, vel conventio nimium raras reddat has quaestiones.

Ad quod comprobandum ponderabam distinctionem pluries deductam in sua materia sub tit. de locato, ac etiam pluries sub tit. de Regal. ad materiam redigendum, occasione quaestionum super defalcatis; Ut scilicet, ubi damnum conductoris contingat ex culpa, vel factio voluntario locatoris, tunc non solum debeatur pensio, sed teneatur locator ad interesse; Ubi vero sine culpa non debeatur pensio, cum aliis ibi deductis ad rem facientibus.

Observabam tamen, quod ultra dictos ita distinctos casus, alter etiam remaneret, in quo neque ex pacto locatoris neque ex illo conductoris, minime à casu, sed à factio tertia circa ipsam rem contingat cessatio occasio praestandi conventas operas, five ex deficiente substantia rei, circa quam praestari debebant, & tunc; Aut factum tertii est justum, & conductor non tenetur; Aut iniustum, originatum tamen culpa ipsius locatoris, & idem; Aut è converso culpa conductoris, & tenetur, juxta eandem distinctionem, de qua habetur in dicta materia locationis, & defalcationis, deductam ex textu in l. item quaeritur, §. exercitum, & l. si merces, §. culpa, ff. legati, ut bene ex mente Bart. advertit Castrensi in d. leg. sed adde, §. cum quidam n. 3. quem caeteri communiter sequuntur.

Ista igitur theoricata constituta; Quatenus pertinet ad applicationem, dici non poterat, quod operam non fuissent praestitae culpa, & factio voluntario conductoris (quo casu admitterem debitum esse salarium, juxta disc. 320. Cavalier.) Minusque ob casum, qui in ejusdem conductoris persona contingerit, five in persona locatoris, ideoque unum de duobus dicendum erat, vel quod praestita non sint factio voluntario ipsius locatoris, vel saltem à casu sequuto à factio tertia circa ipsam rem; Et consequenter verificari non dicitur dispositio textus in d. qui operas, & leg. sed adde, §. fili, cum ad hunc effectum duo copulative requirantur; Primum scilicet, quod non steterit per locatorem, quo minus praestaretur; Et secundò, quod steterit per conductorem, quo minus reciperet, secus ubi casu, vel factio tertia, ut satis bene Castrensi in d. §. item cum quidam n. 4.

Hinc

Hinc proinde Alberic. in l. si quis fructus Civitatis, ff. quib. mod. usus fr. amitt. firmat, quod si quis suscepit custodiam Castris in certo loco, illudque postea dirutum in alio loco reedificatum sit, quod durat obligatio custodis, saltem ad effectum, ut actionem habeat petendi mercedem circa custodiam castris novi, ut firmat etiam consensuissimus Carocc. de locato tit. de oblig. quest. 5. in fine.

Atque hinc, (etiam in aliquo sensu veritatis) dicebam non ob stare, quod praestatur administratori promissio ejus operam praestare in Civitate Forosempronien. ideoque non teneretur praestare alibi, ad text. in l. 1. & l. 1. qui ff. de eo, 11 quod certo loco, cum concord. apud Carocc. d. quest. 5. de oblig. nu. 6. & in prima hujus causae defensione, quoniam id ad duplicem effectum considerari posset; Vel scilicet, ut locator operarum praestare cogi non valeat, neque teneri ad damna, & interesse, ut teneri deberet quando ex facto mere voluntario id recalcaret; Vel quando ageretur de loco valde remoto, atque copulative intraret ratio honoris magis, quam laboris, ut in Advocatis, ac professoribus, & similibus contingit, juxta text. in l. Januinus, Cod. de Advocatis divers. iudicium, & leg. sed & haec persona, §. non solum, ff. de procurator. ubi gloss. in verb. tribunali, ad eundem text. advertit id non procedere, si agatur de loco parum remoto.

Ac etiam bene caeteris relatis probatur apud Dec. conf. 70. n. 1. quod lectores sub certa mercede conducti ad legendum in loco, in quo ob impedimentum dictae Civitatis, studium tentum fuit, quoniam mens partium principaliter directa est ad studium, non autem ad locum, cujus expressio, ratione fortè majoris commoditatis conductoris operari poterit, ut dictum est, unum de duobus, vel quod iustum inducat excusationem ab observantia contractus, vel quod actionem producat ad quanti interese, magis in uno loco, quam in altero praestari, quamvis ageretur de professoribus scientiarum, in quibus merx dicitur potius honoris, quam salarium laboris, multò magis in praesenti, in quo videbatur esse potius in casu converso.

Et quamvis in dictis decisionibus, praesertim secunda dicitur, verius videri, ut text. in d. leg. sed adde, §. idem cum quidam, & leg. qui operas, ff. locati, & l. item fructus, ff. de offic. assessoris, generaliter procedant in quocumque locatore operarum, juxta opinionem Alberici, Jafonis, Alexandri, & Salyceti, cum aliis apud Dec. d. conf. 70. Galeot. lib. 2. contrav. 69. n. 10. Cavalur. d. disc. 320. disc. 839. par. 4. divers. Attamen id recipiendum venit, retenta tamen dicta distinctione, atque spectata magis substantia verisimilis voluntatis, quam formalis verborum, vel aliquibus legalibus rigoribus.

Naturali etenim aequitate, ac rationi, communique usui nimium adversari videntur, ut ille, qui pro certi negotii administratione ministrum conducit, specificato loco, potius demonstrando destinationem ab eo factam, quam cum praecia taxativa, cogi debeat, carere, ut dicitur, re & pretio; Quinimò pejus, quia cogeret duplicatum salarium solvere, primò scilicet ministro remanenti otioso, & alteri, quem perneceesse conductum habere oportet pro negotii administratione, quae principaliter in contractum deducta est, atque in mente contractum habita; Locum autem potius accessorie, five praesuppositivè, vel ratione soliti, vel ratione destinationis, quodque propterea istius expressio, non nisi unum de dictis effectibus operari deberet, quia nempe locator operarum dicere posset se locaturum non fuisse extra consuetum domicilium, quod continuare expediat pro aliorum suorum bonorum administratione, vel pro ejus valetudine, vel ob majorem incommoditatem non fuisse tanti, sed magis locaturum; Et sic, vel ad effectum excusationis, vel ad alterum supplementum ejus, quod interest magis in uno, quam in altero loco administrationem sequi; Nullatenus autem, ut continuando in patria eodem modo quo prius, atque in libertate vacandi aliis negotiis, & industriis, ac etiam non sentiendo incommoda, non solum personalia circa regimen negotii, quae tunc fortè occupatum tenere deberent, sed etiam circa officia civilium hospitalitates, aliaeque onera, & incommoda administrationi annexa, consequi debeat integram mercedem, cum lucro positivo, ex iustura alterius, qui perneceesse aliam mercedem solvere cogatur; Id enim in mentem cadere non posse videtur, ideoque istae resolutiones non captivabant intellectum.

Dabam in hoc praedictum exemplum, etiam in terminis fortioribus scientifici professoris locantis operas ingenii, ac virtutis, in quibus conventa merx, potius honoris, quam salarii, seu pretii laboris gratia praestari dicitur; Si enim

Card. de Luca Lib. VII.

quis in genere conducatur Advocatum, vel Medicum pro annua mercede omnium litium, vel curationum respectivè, debetur conventa merx, quamvis casus praeserit, ut eo tempore nullae lites habitae fuerint, nullaque infirmitas contingerit, quoniam sufficit, ut non steterit per Advocatum, vel Medicum, quominus contingente casu praestaret, unde propterea videtur conventio incertae aetate, cujus eventus aequè poterat (se habere ad lucrum, ac damnum respectivè, quoniam tot lites, vel infirmitates contingere possent, ut merx minima remaneret, potiusque damnata Advocato, vel medico inferri, quia valde occupatum detinerent, & in his terminis procedunt ea, quae in hoc proposito caeteris relatis habentur d. disc. 53. Duran. disc. 839. par. 4. divers. Rovit. pragmat. 2. de postulatum num. 9. Add. ad Buratt. disc. 79. n. 12. Zacch. ubi sup.

Sed si conducatur Advocatus pro defensione certa, ac specialis causae pro certa mercede usque ad omnimodam terminationem, cum praesupposito, quod in certo loco, vel Tribunali tractanda esset, utpote ibi destinata, vel introducta, postmodum verò ex mandato Superiorum sine factio voluntario conducentis operas, causa avocetur ab eo Tribunali, atque ad aliud remittatur, tunc poterit quidem Advocatus dicere, quod ejus obligatio cessabit tanquam ex cessante praesupposito, ideoque non teneatur proprium domicilium deserere, atque extra illud alio accedere pro defensione causae, non tamen dicendum erit, quod ille litigans, cui ita incumbit necessitas alium Advocatum in loco litis assumere, cogendus veniat, huic etiam conventam mercedem continuare; Ita pariter de medico, si ille, qui credebatur certe infirmitatis curam facere in uno loco, ex aeris insalubritate, vel alio casu, citrà mere voluntarium factum, cogatur in alio loco moram facere, ibique alium medicum assumere.

Ad summum etenim, ea quae favore hujusmodi locaturorum operarum, magis ingenii, quam laborum, in iure habentur pro integre convente mercedis affectuque, percutiunt casum in quo deficiat praestatio operarum occasione ex ipsius subiecti deficientia, quia nempe lis concordetur, five factio Principis, aut majoris Magistratus de facto terminetur, aut quod infirmus decedat, &c. Et nihilominus etiam his casibus praedictum non videtur Iudicis officium super mercedis moderatione, quando ex facti circumstantiis constiterit, ut intret ratio deficientis verisimilis voluntatis ex deficiente praesupposito, vel altera ratio reductionis contractus ad iustitiam, seu aequitatem, quando contingentia detegerit illum ita remanere valde iniustum, ac laesivum, ex his, quae generaliter habentur caeteris relatis apud Thesaur. disc. 226. Capyc. Latr. disc. 18. ibique Adden. & habetur pluries sub tit. de alienat. & contract. ac etiam sub altero de emptione, & venditione ad materiam lesionis, & sub tit. de decimis ad materiam cap. suggestum, eod. tit. & alibi.

Ista verò salarii materia in Curia apud Advocatos nimium rara, & fortè nulla est, cum solum de illa tractum contingat ad instantiam pedestrium, ac inferiorum famularum, vel operariorum coram quodam pedaneo executiveo Iudice, coram quo Advocatorum opera non adhibetur, nimiumque raro Rota, vel alia Tribunalia audiunt quaestiones super mercede, vel salario Advocatorum, vel Procuratorum, cum id apud classicos pessime oleat, atque de facto redolere videatur in qualicetis professoribus quandam speciem in dignitatis, ut advertitur sub tit. de iudicis, & praxi, occasione agendi de mercede caudiciorum; Ultra quod super hac materia integram elaborationem tractatum addidit modernus Zacchia, qui ferè omnia ad eam pertinentia collegit.

ANNOT. AD DISC. XVII.

De hac materia salarii videri poterunt deducta sub tit. de credit. disc. 61. & praesertim disc. in eo casu producte, & in eodem tit. disc. 158. in quo agitur de concursu plurium creditorum ex eadem causa, praesertim Advocatorum, Procuratorum, & Copistarum, de quorum mercede, & honorario agitur in Relatione Curiae disc. 46. Atque ad eandem materiam mercedis infirmantur aliqua hoc eodem tit. disc. 20. n. fin. disc. autem in discurs. enunciata est inter illas Zarata. disc. 14.

ROMANA PECUNIARIA PRO MICHAELE ANGELO VINCENTINO QUM EMILIA CLAUDIA VALLE. Casus variè decisus per Rotam.

An facultas sustinendi data procuratori ad lites, & negotia, intelligenda veniat generaliter, ac indefinite ad utrumque, vel potius ad lites tantum, ubi in eodem capitulo, in quo agitur de litiibus, vel immediate postea, dicta facultas attributa sit; Et de differentia inter mandatum ad lites, alterum ad negotia.

S U M M A R I U M.

- 1 Acti series.
2 Resolutio causa.
3 De actione in rem verso remissio.
4 Clausula in fine posita refertur ad omnia precedentia.
5 Fallit ubi sunt plura capitula distincta.
6 Item ubi sunt dependentes ab una parte.
7 Sicut ubi concurrunt diversitas rationis, vel inverisimilitudo.
8 Ea qua uni commissi sunt ob industriam persona, alteri non subdelegantur.
9 Circa que potestas sustinendi data censatur.
10 Facultas sustinendi non est exercibilis in genere quoad omnia.
11 Quod attendi debeat substantia veritatis.
12 Quando, & quibus generale mandatum ad negotia dari solet.
13 Verisimile, vel inverisimile attenditur, & de argumentis inverisimilitudinis.
14 Quod declarantis mandantis deferendum sit in casu ambiguo.
15 De mandato presumpto.
16 Quando ista quaestio decidenda sine.

D I S C. XIX.

Iuxta facti seriem recensitam etiam in hac eadem causa sub tit. de cred. disc. 72. Cum Michael Angelus provivus de Ecclesia Hyeraean. discessurus esset ad residentiam, amplum, ac generale mandatum reliquit Margaritae fratris uxori, ad omnia ejus negotia explicanda, per plura capitula distincte enarrata, in quorum una specialiter agebatur de facultate accipiendi quascumque pecuniarum summas ad eandem, & cambium; In ultimo autem capitulo, (juxta stylium,) continebatur generalis facultas, etiam ad lites, atque in isto, vel immediate post adjecta etiam potestas sustinendi unum, vel plures, &c. Cumque occasione peragendi quadam acta judicialia, dicta procuratrix substituisset Dominicum Notarium, qui munus agentis praefati Episcopi in Curia peragebat, istaque mutuum pecuniam sub cambiis ab Emilia accepisset ad effectum solvendi pensiones a dicto Episcopo debitas; Hinc eodem Dominico defuncto, orta est quaestio inter dictam Emiliam, & Episcopum, atque post sententiam A. C. ad actricis favore lata, introducta causa in Rota coram Bevilaqua, ejusdem actricis favore duae proderunt resolutione, sub diebus 24. Aprilis 1662. & 22. Junii 1663. a quibus tamen in repropotione coram eodem recessum fuit, sub diebus 26. Junii 1664. & 15. Januarii 1669. atque ad istarum normam prodiit sententia absolutoria. In disputationibus autem desuper habitis, de duobus actum fuit, Primo scilicet, an actrici competeret actio de in rem verso, & de hoc agitur d. disc. 72. sub tit. de cred. Et secundò, an praefatus Dominicus haberet sufficientes mandatum, cujus ratione actio contra mandantem competere ei, qui mandatario credit, idque pendebat a puncto, an dicta sustinendi facultas, ad cuius normam simpliciter substitutio facta erat, intelligenda esset indefinite quoad omnia praefata Margaritae demandata, vel potius ad lites tantum, cum posito uno, vel respectivo altero antecedenti, planum esset consequens, ad unum, vel respectivo alterius favorem. In hoc autem per Scribentes hinc inde, juxta frequentiorem leguleicam inspiduram, principaliter insistebatur in formalitate verborum, & clausularum, sive in localitate dictae facultatis; Siquidem Scribentes pro actrice fundamentum constituebant in regula generali, cum qua pra-

sertim in prima decisione proceditur, quod clausula in fine posita refertur ad omnia precedentia, ex congestis per Decian. cons. 70. num. 19. & segg. lib. 3. Barbof. claus. 70. Roc. apud Mantice. decis. 52. n. 2. & decis. 105. nu. 9. par. 1. recent. & sequimè in aliis.

Et converso autem, Ego & ceteri Scribentes pro reo convento, insistebamus in tribus hujus regulæ limitationibus; Primo scilicet, ubi dispositio concepta est per plura capitula separata, quorum quodlibet perfectam, ac separatam orationem contineat, cum tunc clausula apposita in fine unius capituli, referatur tantum ad omnia contenta in eo capitulo, non autem ad alia contenta in capitulis precedentibus, ut latè Gabr. sub tit. de claus. concl. 9. num. 8. & 12. cum segg. Penia decis. 231. & 240. juxta Veneram, aliàs dec. 294. & 308. juxta impress. Lugdunen.

Secundò, ubi clausula in fine posita non stat principaliter, & de per se independentè ab omnibus capitulis, sed accessorie, & consecutive ad unum ex eis, tunc ad istud tantum, non autem ad cetera omnia refertur, Mart. concl. 23. nu. 8. par. 4. Gabr. dicta conclus. 9. num. 21. Barbof. dicta claus. 70. n. 19. atque juxta ordinem scripturæ hic videbatur casus.

Et tertio magis ad rem, ubi inter unam, & alteram speciem, seu unum, vel alterum capitulum, aliqua diversitatis ratio assignari potest, Rot. apud Peniam. ubi sup. Barbof. d. claus. 70. n. 1. Gabr. conclus. 9. n. 3. & 18. Marra dict. claus. 23. num. 7. Buratt. decis. 32. num. 8. & segg. Ubi n. 12. ponderatur fortius id procedere, ubi concurrat verisimilitudo, quod scilicet ex verisimili voluntate facientis id, quod sine jactura, non ad omnia, sed ad aliquam dispositionis partem referatur, quod frequenter per DD. ponderatum habetur in materia fideicommissorum, & ultimarum voluntatum.

Et hæc praesertim ultima limitatio resultans, tam ex diversitate rationis, quam ex verisimili voluntate mandantis, rectè applicabilis videbatur, quoniam in hac parte, in qua agebatur de facultate accipiendi pecunias ad sensum, vel cambium, seu aliud interesse, illa videbatur concepta per verba personalia denotantia arbitrium dictae Margaritae, ibi, quascumque pecuniarum summas videbit. Procuratrix tamen visas, quoties eidem Procuratrici videbitur; Ea verò, quae unius arbitrio, vel conscientia remissa sunt, alteri subdelegari non possunt, ad text. in cap. 15. cui de offic. & potest. judic. de legat. 16.

Et in terminis specialibus procuratoris non substituitur in iis, in quibus electa est industria persona, seu in iis, quae arbitrio, vel conscientie commissi sunt, quamvis substituenti facultas data esset, quoniam intelligitur in iis, quae sunt compatibilia, Salycet. in leg. quod quis, Cod. de procurat. Jas. ibid. n. 3. & ceteri tam ibi, quam alibi, de quibus Trentacina. lib. 1. var. resol. tit. de procurat. resol. 3. nu. 29. & qui (quantum ista occasione videre licuit) omnium latius, ac melius tractat hanc materiam facultatis sustinendi tam in judicialibus, quam extrajudicialibus.

Et quod etiam in iis casibus, in quibus procurator ad negotia potestatem habet indefinitam sustinendi, id generaliter, ac indeterminate facere non possit ad omnia, (ut in praesenti gestum erat,) sed solum intelligatur in aliquibus negotiis particularibus, juxta necessitatem, vel opportunitatem, adeò ut substitutio ita generaliter facta non valeat, Jas. in d. l. quod quis, Cod. de procurat. num. 2. in fine, Alex. n. 6. Salycet. n. 3. Trentacina. ubi supra num. 3. Roc. de mandat. seu complement. notab. 79. n. 174. post primum vol. consilior.

Quamvis autem dictae limitationes veræ sint, atque ad rem applicabiles, adeò ut agendo etiam de puncto in solis juris terminis generalibus, singula hæc fundamenta sufficienter, multò verò magis ea simul juncta; Attamen solidius pro meo judicio, videbatur alterum fundamentum deductum ex regula in quibuscumque viventium, ac morientium actibus, sive in omnibus voluntatis quætionibus perpetuò attendenda, ut non correx, & figura verborum, sed substantia veritatis, ac verisimili voluntatis attendi debeat; Communi etenim usus, atque humana prudentia regulæ docent, quod abfuturi viri nobiles, & qualificati, quamvis agentes, ac ministros in Curia deputent, atramen mandatum amplum circa graviora negotia pertractanda, praesertim cum ampla potestate alienandi, vel obligandi, ac indefinite pecunias mutas in quacumque summa accipiendi, relinquunt conjunctis, vel personis nimium qualificatis, in quibus fiducia habeant, quod prajudicialia negotia acturi non sint, quodque ubi agerent, ad eis reintegrari possent non

non autem hujusmodi agentibus, ac inferioribus ministris parum idoneis, cum hoc munere dietim viventibus, quibus forensia, & judicialia solum committuntur, utpotè in congruè explicabilia per nobiles, & qualificatos, quibus hæc ampla, & adeò fiduciaria facultas attribuitur, Ideòque merito stylus inolevit adiciendi, hanc substituendi facultatem in ea parte, in qua de litiibus, ac judicialibus agitur.

Accedente etiam nimia inverisimilitudine, quod dicta procuratrix, quæ erat prudens matrona, atque ob interese filiorum, principalis interessata in bonis dicti Episcopi, qui erat frater ejus viri, ita indefinite substituere voluerit præfatum Dominicum simplicem Notarium depressæ fortunæ; Ideòque intrat vulgatum axioma, quod sicut verisimile imaginem habet veritatis, ita inverisimile imaginem habet falsitatis; Potissimè autem attenda occasione faciendi dictam substitutionem pro quibusdam actibus judicialibus, pro quibus perneceisset aliquis causidicus deputandus erat, dum nobilis matrona in seipsum explicare non poterat, nulla verè necessitas aderat substituendi pro aliis negotiis, quæ per ipsam præsentem congruentius explicari poterant, ac debebant.

Et nihilominus advertendum, ut sufficeret id esse ambiguum, ut defendendum esset declarationi, tam ipsius mandantis, quam etiam dictæ mandatariæ, quæ substitutionem fecerat, ex iis, quæ circa declarationem ambiguae donationis faciendæ per donatorem habentur plures sub tit. de donat. Et in specie declarationis mandati ambigui, Soccen. jun. consil. 22. n. 21. lib. 3. Mantice. de tact. lib. 7. tit. 14. n. 1. r. Accedente etiam observantia, quod etiam post dictam substitutionem, pleraque negotia gesserat dicta procuratrix, dictus autem substitutus gesserat solum forensia, seu judicialia, ideòque ista substantia veritatis magis, quam verborum formalitas in hoc proposito attendenda videbatur.

Difficultatem aliquam solum inferre videbantur ea, quæ ceteris relatis habentur apud Dunozett. decis. 786. & 888. super mandato præsumpto de facili præsumendo in eo, qui alia negotia mandantis gerere solitus est; Verùm ea non videbantur urgere, cum nò justificaretur in facto, quod huic persona consimilia negotia accipiendi pecunias ad interesse, seu alios contractus obligatorios faciendi, commissi essent, sed solum in juncta ea, quæ respiciunt munus agentis, tam circa forensia, & judicialia, quam circa pensionum solutiones, super quo solutionis acta mandatum præsumptum intrare posset ad effectum acquirendi possessionem manutentibilem, ex collectis per Poss. de manut. obsero. 35. ex n. 67. & in sua materia sub tit. de pensionib. & in specie d. disc. 888. Dunozett. n. 7. cum similibus pro facti qualitate, cum verè ista quaestio dicitur potius facti, quam juris certam, ac determinatam regulam generalem non recipiens, sed pro facti qualitate, & circumstantiis decidenda; Unde propterea nimis clare error est, cum regulis, ac doctrinis generalibus procedatur.

ANNOT. AD DISC. XIX.

Prima istarum decisionum est impressa decis. 438. par. 13. recent. Et conferunt ad materiam deducta sub titulo de judic. disc. 6. occasione agendi de Procuratoribus.

ROMANA OECONOMIÆ PRO CAROLO, ET BERNARDO DE PARENTIS CUM MARCH. LUDOVICO A BALNEO.

Casus decisus per Rotam pro Ludovico, & pendet.

An concessio, ac respectivo susceptio Æconomiae, seu administrationis, importet mandatum, quod fit quodcumque revocabile, vel potius irrevocabile contractum locationis, & conductionis operarum; Et an conventa merx minuenda sit ob diminutionem administrationis.

S U M M A R I U M.

- 1 Acti series.
2 Resolutio causa.
3 In quo consisteret causa punctus.
4 Mandatum est quodcumque revocabile, etiamsi ad sit iuramentum.

- 5 Contractus locationis, & conductionis operarum est irrevocabilis.
6 Administrator deputatus patrimonio suo sub concursu est irrevocabilis.
7 De depositariis montium Baronialium, eorumque munere.
8 De definitione mandati, & quod dicitur officium gratuitum, quod accedente mercede corrumpitur.
9 Quod praepositi negotiorum cum mercede, non sint veri mandatarii.
10 De limitationibus conclusionis, de qua num. 4.
11 Eadem conclusio propriè procedit in mandato ad lites, & de ratione.
12 De depositariis, de quibus n. 7.
13 Et de administratoribus, de quo n. 6.
14 An salarium cesset, vel minuat, cessata, vel diminuta administratione.

D I S C. XX.

Inter Cardinalem Nicolaum à Balneo, & Carolum, ac Bernardum fratres de Parentis, eventum fuit ad conventionem, per quam dicti de Parentis (susceperunt economiam, ac administrationem omnium Castrorum, & bonorum stabulum dicti Cardinalis existentium in plerisque; provincis valoris, ut supponebatur, scutorum 200. m. ad effectum extinguendi cum eorū fructibus omnia debita scutorum circiter 50. m. cum obligatione praestandi cedulam bancariam pro solutione fructuum quorundam locorum montium, sub conventionem mercedis in annis scutis 300. que durare deberet, donec dicta alicui extrinseco legata sequa esset; Cum autè ad aliquos annos, sequata esset mors dicti Cardinalis, ac etiam alienatio bonorum Pedeluti pro pretio scutorum 23. m. in extinctioe dicti alicui extrinseco; Hinc hæreditatis administratores, seu Marchio Ludovicus hæres præterea cooperunt dictam economiam cessasse, illam etiam de facto interdicens; Quare commissi per Signaturam Gratiae causa A. C. de voto Rotæ, datoque dubio coram Cerro, an contractus esset revocabilis, post plures propositiones adque resolutiones, illa sub die 14. Januarii 1669. prodiit affirmativa, atque pendet revisio.

In disputationibus desuper habitis, causa restringebatur ad naturam, seu qualitatem conventionis, an scilicet illa contineret contractum mandati, ut præcedebat Scribentes pro Marchione, seu hæreditate, atque in dicta resolutione Rota credidit; Vel potius contineret contractum locationis, & conductionis, operarum, ut ego dicebam, ac verius credebam; Posito enim, quod verisimile in primo casu simplicis mandati, seu constitutionis procuratoris ad negotia in gratiam mandantis, atque pro quodam simplici ministerio rem alienam gerendi; Ego advertebam conclusionem per dictos Scribentes deductam, atque in decisione desuper edita firmatam, ut mandati ad libitum mandantis esset, quodcumque revocabile, quamvis accederet iuramentum, quod dicitur contractus famulativum, & consequenter operatum eo durante; Quemadmodum etenim in mandato, quod non fit in rem propriam, ac principaliter in gratiam mandatarii, sed principaliter in gratiam mandantis, intrat revocatio ipso jure per mortem unius, vel alterius, ita fortius intrare debet revocabilitas per consensum expressum, ne aliàs plus operaretur factum, quam verum, sive plus tactum, quam expressum, cum revocatio, quæ resultat à tacito, pendeat à cessatione consensu, ut ex his, & aliis fundamentis, rejectis contrarium tenentibus, præsertim Ruiu. consil. 125. n. 15. & 16. lib. 1. firmant ceteris relatis Gloss. in c. fin. de procurat. in 6. Felin. in c. si diligenti n. 32. de foro co. super Seraph. in privil. jurans. privil. 57. n. 7. cum seg. Galeot. lib. 1. contror. 60. n. 1. & segg. Rot. apud Peniam dec. 1294. 1441. & 1510. & dec. 235. & 354. par. 4. rec. cum aliis in decisione.

Et converso autem, ubi contineret contractum locationis, & conductionis operarum, ille de sui natura est transitorius etiam ad hæredes, ac etiam est irrevocabilis quoties actum certum, ac determinatum tempus in tus fit; Ut ultra generalia, quæ ad materiam hujus contractus locationis, & conductionis bonorum habentur in sua materia sub tit. de locato & conducto. In his specialibus terminis locationis, & conductionis operarum actum certum tempus, certumque opus cum certo, & determinato salario, habetur actum super in Urbinaten. Salarii disc. 18. ubi fortius, quod neque locus præstationis operarum revocari, seu immutari potest, atque præsupponitur tanquam certum in allegatis auctoritatibus, & decisionibus, ac etiam in ipsamet decisione causæ; Et de administratore de-

putato alicui patrimonio, ut sit hinc inde irrevocabilis Salgad. in labyrin. pat. l. c. 15. n. 2. Et seqq. Unde propterea tota questio erat super applicatione, aut de una, vel altera specie ageretur.

Probabilis autem mihi videbatur, quod versaremur in contractu locationis, & conductionis operarum, & industriae commixto etiam in parte, cum alio asservationis, ob dictam obligationem prestandi cedulam bancariam pro solutione fructuum locorum montium quolibet bimestri, si ve assignamenta essent exacta, si vero non, ideoque dicebam, quod verè, ac propriè versaremur in illo contractu, qui in Urbe frequenter celebratur in Barones debitores montium, & camplores, qui effumunt munus depositarii, quod scilicet, iidem depositarii, qui assumunt sub conventa mercede onus solvendi promptè montifis, fructus quolibet bimestri, si ve exegerint assignamenta, si ve non juxta locorum montium erectionem, ac naturam, (quod tamen ex nimium damabili Superiorum negligentia incepit esse in abusu,) assumunt etiam regimen, & economicam administrationem bonorum assignatorum pro dote montis; ex quorum fructibus dictum implementum sequi debet, cum id importet formalem locationem, & conductionem, seu si de jussione, unde continet actum hinc inde obligatorium, ac pœnitentiæ exclusivum, non autem simplex mandatum in solam gratiam mandantis, quodcumque revocabile.

Mandatum enim, si ve attendamus definitionem Placentini, si ve illam Accursii, quarum utramque expendunt post alios ab eis allegatos, Mozzius de contrah. s. mandatum in princip. n. 6. Et 7. Mantie de tacit. lib. 7. tit. 2. n. 1. cum duob. seq. semper dicitur officium gratuitum, officii gratia præstandum; Unde propterea infertur, quod si accedat conventio super mercede, tunc aditus immutat naturam, ac transiit in contractum locationis, & conductionis, ut bene apud eisdem præsertim Mozz. à quo totum (eo tacto,) mutuasse videtur Mantie. cum ferè videatur idem sermo.

Quodque hujusmodi contractus verè non contineat mandatum, bene probat Mozz. d. tit. de mandat. s. fin. in rubr. quomodo annullatur solvitur, & finitur mandatum, Et n. fin. circa finem, vers. Et pro complemento, fol. 139. ubi agendo de præpositis negotiorum dicit, quod videtur similes mandataris, in aliquibus ab eis tamen differentes, quia mandataris gratis officium suscipiunt, isti verò negotiorum præpositi, ex conventionne suscipiunt negotia pro mercede, unde nascitur contractus locati.

Præterè, ubi etiam agitur de mandato, quamvis de jussu natura sit, ut per unius, vel alterius mortem, vel consensum dissolvatur, attamen id plures respicit limitationes recentitas per Mozz. d. tit. s. fin. & per Mantie d. lib. 7. tit. 23. ubi præsertim n. 40. Et seqq. illam tradit, si mandatum ita factum sit, ut irrevocabiliter perseveret usque ad certum tempus, atque accidentibus stipulatione, & juramento clare admittitur in decisionibus editis in Placentina Salaris coram Penia, & Ubaldo supra allegati, in quibus evitatur conclusio in applicatione; Vel quia non ad sit stipulatio importans irrevocabilitatem; Vel & proprius, quia agatur de mandato ad lites exigente summam contententiam; Ideoque non dandum in eo, de quo colligitur amplitud non confidat; Eisdemque terminis procuratoris ad lites ex dicta ratione percipientis ducta per Galeot. d. tit. 60. lib. 1. Accedente etiam incapacitate mandataris obligati ad residendum, ideoque dictæ decisiones ad rem facere non videbantur, sed potius in hac facti specie, per argumentum probant contrarium.

Potissimè, ubi non solum accedat conventio mercedis, quæ corruptit contractum mandati, illumque transire facit in illum locationis, & conductionis, sed etiam accedat obligatio præstandi cedulam bancariam, ac etiam onus solvendi montifis singulo quoque bimestri fructus locorum montium, adeo ut in nihilo ab istis æconomis differre videantur depositarii montium baronalium, qui non à Principe, sed ab ipso privato Barone montis debitore deputantur; Si ve illi, qui per deputatos creditorum, etiam ex priorum conventionne deputantur pro administratione patrimonii decessi, juxta dictam doctrinam Salgad. quæ non bene in decisione restringitur ad actus judiciales, cum id nullam habeat probabilem rationem.

Quo verò ad alterum punctum cessantis causæ administrandi, vel diminutæ administrationis; Posito quod ageretur de dicto contractu irrevocabili, id nullam considerationis erat, cum proveniret à facto voluntario alienationis,

quod alteri contrahenti præjudicare non potest. Ut ultra generalia, de quibus distinguendo inter cessationem voluntariam, vel cautalem, habetur in proposito obligationis causativæ; vel occasionalis; sub tit. de credito, sub altero de empti. Et venditi. Et sub altero de Regalibus. In his specialibus terminis salarii, & locationis, vel conductionis operarum, habetur supra d. disc. 18. Et in decisionibus in ea causa editis; Potissimè verò stante pacto, quod dicta merx continuare deberet usque ad quod sequeretur extinctio æris alieni, quod supponit singulis annis oneris diminutionem, adeo ut circa ultimos annos, incommodum esset satis modicum; Unde propterea advertebam quod idè isti administratores contenti fuerint modica mercede in primis annis magis laboriosis, ob recompensam ultimarum; Ac ulterius, cum ultra mercedem, administratoribus concessa esset facultas utendi pascuis pro eorum animalibus, in bonis Pedeluci, ista erat pars mercedis, unde verificabatur ejus diminutio pro rata diminuti laboris, & consequenter non videbatur subsesse probabile fundamentum, cui hoc motivum inniteretur, ideoque intellectus non acquiebat resolutioni, quodque recessus in revisione sperari deberet.

ANNOTAT. AD DISC. XX.

Conferunt ad materiam præsentis discursus deducta sub tit. de donat. disc. 46. Et de revocatione mandati habetur pluries sub tit. de benef. præsertim disc. 38. Et sub tit. de judic. disc. 6.

ROMANA TUTELE, ET EDUCATIONIS PRO CARDINALI ROCCIO CUM ANNA CINCIA.

Responsum pro veritate.

An, & quando tam tutela, quam educatio pupillorum potius patri, quam matri decerni debeat ad eamdem materiam, de qua supra disc.

SUMMARIUM.

- 1 Ad i. series.
- 2 Materiam educationis est iudici arbitraria.
- 3 In specie decreta patris contra matrem.
- 4 Considerantur iustæ causæ, ob quas potius patri, quam matri decerni debeat.
- 5 Quia de tutela non possit, ac debeat idem dici.
- 6 De iustâ causa continuationis in communione, & ne pandantur secreta domus.
- 7 De antiqua inhabilitate mulierum, & matris & avie exercendi tutelam, & curam.
- 8 Quod habitatio maris, & avie, eorumque prælatio sit contra mores Romanorum, & Italorum.
- 9 De historia legali, & de errore practico, adeo ut aliquas leges factas in Grecia.
- 10 Quod mulieribus non expedit studium munus suscipere, & de ratione.

DISC. XXI.

Continuantibus post mortem Patris, & Cardinalis Patris, Cardinali Urbano, & Pompeo fratribus de Roccis, unâ cum eorum Matre in illa communione bonorum, & virg. in qua à nativitate sub patre, & patre vixerant, & educati fuerunt; Gubernium, & administratio fuerunt penes Cardinalem fratrem majorem, alius nam minoribus nimum gratum habentibus per spatium multorum annorum usque ad obitum Pompeii, quo sequuto ab intestato relicto duobus filiis infantibus, & ventre prægnante; Ut pro meliori domus regimine continuaretur in eadem quæ eret, & communione, perinde, ac si Pompeus viveret, quod ex plerisque que nimium rationabilibus, ac iustis motivis respiciebat etiam utilitatem à fororum pupillorum, qui erant unici superstites legitimi fructores avie, & patrum, Summus Pontifex Clem. X. cuius idem Pompeus erat familiaris in quodam conspectu munere, ut etiam Cardinalis tunc Prælati erat Palatii Apostolici Præfexus pro ejus motum proprium prætorum pupillorum tutelam, curam, educationem, & omnimodam administrationem concessit, & commisit eidem patri, non obstante existentia Annæ eorum matris, cui aliâ de jure dicta tutela, & educatio debita erat; Quare eadem Matre ad Pontificem recurrente pro dictæ concessionis moderatione, consultus fui ex parte Cardinalis patris, an iste motus proprius dici mereretur exorbitans, atque à Justitiæ tramitibus nimium devians, adeo ut notabile præ-

præjudicium dictæ Matri conquerenti inferre diceretur, ad effectum deliberandi, si ve gravamen sustinendi.

Quamvis autem in utraque parte, tutelæ scilicet, & educationis pariformiter negativè mihi respondendum videbatur; At tamen pro clariori, magisque methodica resolutione, unam speciem ab altera distinguendo; Quatenus pertinet ad educationem, dicebam, quod res minus carere videretur difficultate, quoniam ista materia remissa est arbitrio etiam simplicis Judicis, qui potest ex aliquibus motivis ejus arbitrium bene regulantibus eam tollere illis, quibus lex defert, & alteri concedere, etiam cum mutatione loci, vel Civitatis; Quinimò etiam contra judicium, & præceptum defuncti patris pupillorum, juxta plures decisiones, & auctoritates relatas supra hoc cod. tit. disc. 4. n. 25. ubi n. 24. advertitur id ita procedere pro matre contra patruos tutores, in quibus terminis loquantur plures ibidem relatae decisiones, quàm de converso contra matrem pro patris, vel alii tutoribus. Et in individuo educationis decreta patris excludit matrem illam petente, est plena dec. Senen. 61. Mart. Medic. relata cod. disc. 4. Et idem exam. 38. ibique allegantur Menoch. & alii. Multo igitur id decernere potest Princeps Supremus; Et de educatione ablata Matri per provisionem Papæ, adeo ut non sit res nova habetur in casu, de quo eod. disc. 4. & per alios Scribentes adducebat Themud. dec. Urvonem. 238. lib. 2.

De jussu verò casibus non videbatur dubitandum ex pluribus præsupposita, quinimò expressè admitta prudentia, nimique probitate matris honestissimæ, & nobilissimæ Matrone.

Primo, quia ipsa erat proximior successura ab intestato; Quamvis etenim ista causa sola, & de per se considerata, in matre non sit illius potentia, quæ est in aliis, ex relatis apud Mart. Med. ubi sup. de Marin. & Add. resol. 95. lib. 1. Et alios; Adhuc tamen juncta cum aliis, habenda videatur in aliqua consideratione.

Secundo, ob nimium verisimilem voluntatem patris, qui nisi deceptus à Medicis inopinato obiisset, adeo ut restari non poterit, sed testatus fuisset, utique idem demandasset in eis filiis pupillis, quod in seipso ab infantia usque ad obitum sequutum in ætate proventa annorum 44. circiter, præcaverit, ut clarè ad scium, & advertitur apud Surd. conf. 42. ubi quid pater diceret, si resurgeret, & interrogaretur.

Et tertio, ob rationem conventionis communione pro majori conservatione decoris, & existimationis domus, ut infra ad veritatem agendo de tutela.

Et quarto clariss, quoniam isti pupilli sperare poterant, ac debebant successorem patruorum, quorum unus erat Cardinalis jam in sacris, & alter erat dives prole destitutus, forteque in hoc statu probabiliter desperatur, ut in specie consuescit apud Mart. Med. d. dec. 61. n. 1. 8. ideoque pupillis absque dubio nimum expedire advertebam, ita patruorum benevolentiam captare.

Atque respectu masculi addi posse considerabam aliam rationem melioris educationis, tam in litteris, quàm in bonis, civilibusque moribus penes patruum Cardinalem, & Episcopum, quàm penes Matrem viduam, cujus nimiam benevolentiam ob excessum imbecillitatem, nimum filiis præjudiciale esse, frequenter praxis docet, ideoque habetur commune dicitur de filiis viduarum, &c. E converso autem laudabam educationem feminarum adhuc infantium potius penes matrem.

Quo verò ad tutelam dixi, quod non audebam dicere, ut quilibet Judex posset in ea arbitrari, eo modo, quo supra potest in educatione, cum ejus potestas restricta sit intra legum Cancellis: Credebam tamen, ac forte invenietur prædicatum, quod magna, & suprema Tribunalia, ut exempli gratia in Italia sunt Senatus Consult. Neapolit. Senat. Mediolani, Magistratus extraordinariorum Januæ, Magistratus pupillorum Florentiæ, & similia, id facere possint, & prædicent; Sed quod in principe Supremo esset res non admittens principium dubitandi, quod alique accedant iustæ causæ, tendentes præsertim ad pupilli utilitatem, eodem modo, quo supra in educatione, cum eadem sit ratio.

Ut à simili de pluribus provisionibus decernentibus tutelam Matri b. n. ubi, & Vitrico ejus viro contra expressam provisionem habetur apud de Marin. d. resol. 95. lib. 1. atque supra advertitur disc. 11. n. 6. Igitur multo magis in Principe, si in Judicibus, & Tribunalibus.

Causæ iustæ superius ponderatæ occasione educationis, insubstant etiam in hunc punctum tutelæ, cum eadem esset ratio; Et quæ altera major addenda videbatur, quæ tutelæ magis, quàm educationi congruebat, quod ita scilicet

continuari poterat in dicta communione, verisimiliter etiam in pupillis desiderata per eorum patrem, quæ medianre longè magis, longèque melius conservatur decus, opinio, & existimatio domus, & ne al as ejus secreta viderentur, dum alias Mater fratrum superstitium, & respectivè avia pupillorum, ejus potestatem recognoscere, ac separare vellet, idemque facere uxori Urbani, qui etiam alia bona particularia separare poterat, multo magis magis Cardinalis, qui ultra patrimonialia possidebat redditus Ecclesiasticos, istaque occasione oportebat deegere onera, & debita, quibus forte domus gravata reperiebatur, quæ omnia dictis pupillis tanquam unicus, omnium legitimis successoribus, utique nimum præjudicialia forent.

Si etenim re eorum habetur in jure, quod tutori, vel respectivè heredi contra expressam legum dispositionem permittuntur omittre inventarium ejus motivo, ut non pandantur secreta patrimonii, atque non minuat ejus opinio, & existimatio, ut in suis locis advertitur, multò magis ista iudicanda erit iusta causa ad hunc effectum etiam in Judice, & Magistratu, fortius verò in Principe, & clariss, dum non erat unica, fed accedebat tot alia, de quibus supra.

Præterè alius materiam resumendo dicebam, quod hujus provisionis exorbitantia, quæ adeo etiam dicta mortua, & rationes defecerent, impressionem facere debebat apud plebem, & infimum vulgus professorum juris, qui cum traditionibus, vel cum superbie procedant, non perquirendo principia, & medullam, ut fieri debet, non autem apud doctos, & versatos.

Attentis etenim legibus, ac moribus Romanorum, mulieres indefinitè inhabilitate erant ad exercendum hoc munus tutelæ, & curæ tanquam publicum, ac text. in l. p. mine. ff. de reg. jur. l. ff. de tutel. l. c. quando mul. tutel. ff. f. f. g. v. l. c. cum notis concordantibus; de quibus etiam in Institutionibus. Habitatio verò Matris, & Avie nunquam audita, neque practicata fuit apud Romanos, sed introducta per Justinianum in Auth. Mari. & Avie. Quando mulier tutelæ, &c. quod sequum fuit post duo secula, & ultra, quod sedes Imperialis transiata fuit in Græciam, juxta fortè illos Græcorum mores diversos ab illis Romanorum, & quando Imperium Romanum in Urbe, & in Italia jam perierat penè per seculum antecessens, mediante occupatione Urbis facta per Odoacrem Regem Herulorum expulso Imperatore Augustulo, quasi cum misterio, ut illud Imperium, quod in Augusto initium habuerat, in Augustulo, terminaret, ideoque non videbatur queniam exorbitantia digno ceretur, ut illi legi, quam fecit Imperator Græcus, qui nullum in Urbe Principatum habebat pro ejus libito, etiam sine causa derogaret ille, qui in eadem Urbe est Imperator, & Princeps Supremus, ut in terminis fortioribus derogandi novæ legi introductæ per Augustum, advertitur ad effectum subsistenti Bullam Baronium disc. 89. de feud. n. 20. atque me motivante sequuta est Rota in decisionibus ibi relatis.

Præterè nulla adesse lex, quæ præsertim Matrem, & Aviam patruo, cum solum dicta lex Justiniani eas habilitet, sed earum prælatio provenit à magis communi, & recepto sensu DD. se fundantem in ratione, quod ordo tutelæ regulandus est ab illo intestatæ successione, ideoque sicuti mater vincit patruum in successione, ita vincere debet in tutela; Sed hoc pariter provenit ab eodem novo Jure condito in Constantinopolitana Civitate juxta Græcorum mores diversos à moribus Romanorum, qui agnatos tantum in consideratione habebant, Matrem verò, & cognatos negligebant, ex plures deductis sub diversis locis; & præsertim sub tit. de success. ab intestat. disc. 1. cum plurib. seqq. ubi quod censeri potius debet error, & simplicitas primorum interpretum, qui à quatuor seculis citrà post casualem inventionem legum juxta historiam plures recentissimæ, & præsertim disc. 1. de serv. hujusmodi ultimas leges Græcorum in Italia receperant; Igitur nulla exorbitantia committi dicitur, quando statuat id, quod antiquis, ac etiam modernis moribus Romanorum est magis adaptatum, dum ex statutus 141. 144. 145. & 146. liquet, quod etiam Romani Moderni retinent eisdem mores antiquorum favore agnationis contra matrem, & forores, & cognatos; Unde receptam habemus conclusionem, quod illa statuta, per quæ correcte iure novo fact redduntur à Jus antiquum, censenda non sunt odiola, & exorbitantia, sed potius rationabilia, & favorabilia, ut d. disc. 1. & 15. de success. Et alibi pluries.

Et per consequens concludendo, ubi etiam tot iustæ causæ non accederent, adhuc ista provisio exorbitans, nimumque

que prejudicialis dici non mereretur, multo magis eis accedentibus; Ponderando etiam, quod tutela non dicitur de jure importare commodum, & utilitatem, sed potius onus, & incommodum, adeo datur munus necessarium, ad quod quis cogi potest; Ideoque in jure disponitur de causis excusationis, ex deductis in *tot. tit. insti. de excus. tutor. in coppare. etc.* & sic dici non potest, quod Matri tollatur ali- quod jus, vel fiat aliquod prejudicium nimium considera- bile, & praesertim in muliere vidua istud munus censum- venit magis periculosum, ac damnosum, quam in vi- ro; Ac propterea stante statuto 151. per quod mulieres declarantur imperfecti Judicii, quod non fecit jus commu- ne, prohibita facere quoscumque contractus, & actus, ex quibus praedictae remanere possunt sine solemnitatibus sibi demandatis, ac etiam sine causa, quam hodie firmum est requiri utilem, vel saltem non damnosam, seu periculo- sam, ut pluries in sua sede *sub tit. de alien. & contracti. prohib.* Hinc sequi dicebam, quod quilibet prudens Jdex in hoc durissimum esse debet, & frequentius negare suam authori- tatem, cum impossibile sit verificari dictam causam & sta- tuto desideratam in actu adeo periculoso, & de sui natura damnoso; Et per consequens concludebam, quod Mater conquirebatur de ejus commodo, & beneficio, quod sibi ex hujusmodi provisione referebat, etiam ubi proceden- dum esset cum sensu eorum, qui in hujusmodi Principium provisionibus justam exigunt causam absque recurru ad absolutam potestatem, juxta ea, quae circa hanc Principi potestatem habentur in sua sede *sub tit. de Regal. disc. 147. & 177. & in alitis.*

PISANA ADMINISTRATIONIS PRO JOANNE LAURENTIO PALMERIO.

Responsum pro veritate.

De eadem materia, de qua supra disc. 15. An scilicet, & quando administratores piorum locorum teneantur de proprio, & de eorum fidejussoribus.

S U M M A R I U M.

1. **F**acti seritis.
2. **O**bligatio Officialium, & Magistratum est Subsidiaria.
3. **P**ater tenetur de facto filii suscipientis munus publicum de ejus consensu.
4. **A**n & quando fidejussores administratorum excusentur.
5. **A**n administratores majores, & habituales teneantur de negligentia inferiorum.
6. **D**e excusatione ob non usum.
7. **Q**uando non usus tollat vim legis.
8. **D**e observantia, & distinctione in hac materia.

D I S C. XXII.

Delectis debitoribus in notabili summa duobus mini- stris actualem habentibus administrationem Montis Pietatis Pisarum, quorum unus pignorum Custos Massari- us, alter vero Custos pecuniarum Camerarius nuncupantur, Causidicus ad id deputatus coram ordinario, & competenti Magistratu pro montis reintegracione judi- cium instituit, tam contra ipsos administratores debito- res, quam contra eorum fidejussores, ac etiam contra duos administratores majores habituales, quorum unus Cancellarius, alter vero superintendens nuncupantur, contra quos tam ex parte montis, quam etiam fidejussor- um objiciebatur, ut eorum culpe factura referenda es- set ob non servata statuta, & reformationes Montis, in quibus cavetur, ut Superintendens, & Cancellarius sin- gulo quadrimestri statum pignorum, & pecuniarum re- cognoscere deberent, quoniam si ita factum esset, atque ratiud id non neglectum, supradicta factura non ad- e- ret; Quare desuper ex parte Palmerii superintendentis consultus.

Respondi duas efformando inspectiones; Unam nempe de quoad exceptionem fidejussorum, qui prius erant discutiendi, dum contra majores Magistratus, & Officiales habituales, qui superintendentes nuncupantur solent, conceditur actio subsidiaria post excusos actuales principa- les debitores, ut de Magistratibus habetur aliis relatis apud Constant. in l. 60. Cod. de Decar. lib. 10. num. 57. Rovit. disc. 45. & 83. Et de Tutoribus, quorum aliqui actualem

habebant administrationem, alii vero honorariam, & ha- tualem vulgo superintendentialem, ut quamvis illi re- neantur, adhuc non subsidiaria sit eorum obligatio post excusos actuales habetur *(supra hoc eodem tit. disc. 5. Et se- cunda super actione, quae Monti competet contra eor- dem habituales, quatenus tam principales, quam fidejuss- ores ad integrum debitum idonei non essent.*

Quatenus itaque pertinet ad primam inspectionem su- per fidejussorem exceptionem, dicebam deplano pro illius rejectione contra eos respondendum fore, quoties eorum obligatio hanc explicitam non haberet conditionem, qua- tenus scilicet majores administratores, statuta, & ordi- nationes servent, adeo eorum obligatio juxta commu- nem formulam hujusmodi cautionum esset pura de reddendo rationes, & restituendo relinquatum, dicta vero con- ditio praetenderetur tacite, & per subintellectum, cum tunc hujusmodi praesentio omni prorsus fundamento de- situta esset; Quoniam obligatio administratorum majo- rum introducta est in gratiam, & pro relevacione illius, cujus bona administrantur, utpote innocens, atque sub legali, & necessaria administratione viventis, cui jus- titiam, & rationabile est, ut per legem succurratur, non autem in gratiam, & levamen ipsius administratoris actualis male administrantis, ac delinquentis, vel ejus fidejuss- oris, qui illum approbavit, ejusque susceptio obligatio- nem, cum nulla juris ratio, vel dispositio id suadeat, at- que contrarium quoque comprobatur communis usus, vel praxis, ut praesertim neglectis aliis generalitatibus obser- vabam patere, ex deductis *sup. disc. 15. ubi in terminis praecisis fidejussoris confimi is administratoris Montis pietatis Urbis, & de quo etiam disc. 68. & 69. de credito, quod contra majores habituales administratores non comitudo de dolo, & collusione, nulla conceditur actio, quamvis per ejusdem Montis statuta, cap. 13. & 14. cum seqq. & magis ad rem, cap. 33. confimiles demandantur diligen- tia, & revisiones; Fortius vero itante particulari moti- vo non usus dicti Statuti, vel ordinationis hanc revisio- nem praecipiens, ut infra.*

Quamvis autem haec generaliter procedant contra om- nes fidejussores, magis vero, ac extra minorem dubitandi rationem ea procedere dicebam contra illum, qui erat pa- ter dicti Massarii, seu Custodis pignorum, cujus debitum erat majus, ex iis, quae habentur *disc. 86. n. 7. & 8. de credi- to, ubi de juribus, & auctoritatibus firmantibus obligatio- nem patris contentientis publicis muneribus, quae per fi- lium suscipiuntur; Licet enim ibidem nu. 18. & 19. aliqua dubitandi ratio deducatur, illa tamen in praesenti non in- trabat ob praesuppositam circumstantiam, quod idem pa- ter promittit, imo magis, quam filius, tanquam principa- lis pignora administrasset, ac propterea advertebam recte adaptari posse ea, quae de jure antiquo, & medio aetate juris novissimi introductionem circa pecul. um adventitium dis- posita sunt super obligatione patris pro peculio per filium administrato, sive illius occasione.*

Item generaliter contra omnes fidejussores ponderabam, quod frustra idoneae, ac limitatae cautiones ad hujusmodi administratoribus exigentur, si eadem cautiones istam habent conditionem, sive censenda essent factae, cum hoc praesupposito diligentiarum; quae ad praescriptum Statuto- rum, & ordinationum per alios administratores majores fieri debent, quoniam quando id exacte servaretur, vel nunquam, vel nunquam raro daretur iste casus factus con- siderabilis, sed quoniam notum est, quod hujusmodi ordi- nationis parum servari solent, idcirco hujusmodi cautio- nes exiguntur, potissime considerando in hac facti specie, quod antiquiori tempore, in quo dictae ordinationes factae fuerunt, cautiones erant limitatae usque ad summam sc. 8. mil. postmodum vero inolevit vitium illas habere indefinitas usque ad quamcumque summam, ex ista forte ratione, quod agnoscitur praedictam ordinationem non servari, ac non esse in usu, adeo ut quatenus pertinet ad hanc pri- mam partem actionis contra fidejussores, casus videretur planus tam ad favorem montis, quam didorum majorum administratorum, eisque idoneis existentibus non servari, sed secunda inspectio inter morem, ipsosque administratores majores habituales super enunciata coram subsidiaria obligatione; Ubi etenim Princeps, vel ejus Vicarius, ac Praesides, alique majores Magistratus bene eorum munus explerent, ac invigilarent, ut Judices, & Gubernatores lo- cales bene suum faciant officium, utique nulla iubeberet ne- cessitas praestandi cautionem syndicarum, sed non per hoc fidejussores excusantur.

Verum

Verum quando de hoc puncto agendum esset, quia nempe bonis fidejussorum non remaneret indemnitas montis omnino consultum, tunc pro ratione dubitandi observabam contra dictos administratores nimium face- re ea, quae habentur aliis relatis plene deducta apud Ro- vit. disc. 36. ubi in specie de negligentia administratoris majoris, & habituales in non revindendo gesta per infe- riore honorario actuales, ac etiam ea, quae de tutore administratorum vulgo *Sopri intendente* habentur *supra discurs. 5.*

His tamen non obstantibus pro dictis administratoribus habituales, praesertim vero Superintendente, ex cujus parte consultus fui, censui respondendum ex particulari- bus facti circumstantiis, quibus stantibus opus non erat assumere inspectionem generalem in terminis juris com- muni, quod scilicet pro certo supponeretur dictas ordi- nationes sequutas de ann. 1581. ab antiquo tempore, cujus contrarium memoria non habeatur, non fuisse, nec esse in usu, adeo ut multi in eodem munere praedecessores, id quoque neglexerint, hunc non usum nimium comprobante immutatione regiminis, vel status rerum, quoniam de eo tempore Mons erat unicus longe minoris administrati- onis, cum esset circa initia, postmodum vero creverit, ut in Montibus Pietatis Urbis, aliarumque Civitatum Italiae praxis docet, vel quia ob meliora tempora non adesset tanta paupertas, quanta de praesenti, ac propterea exigebatur cautio minor, & restricta ad dictam summam moderatam.

Non usum etenim aptus est tollere vim legis, ex plene relatis per Farinac. in *fragm. verborum lex, Pratus observat. 14. & 15. cum addit.* de quibus disc. 35. de *Judic. & alibi.* Potissime vero, ubi non constat, quod prius lex fuisset in usu, adeo ut allegari valeat non usus ab initio, ut adver- titur disc. 1. de *servit.* ac etiam *rod. disc. 35. de Judic.* mi- nusque agitur de tali lege, quae habeat decretum irritans, per quod quicumque contrarius usus inficiatur, sique talis naturae; ut in potestate inferiorum non sit illam non ser-

vare juxta distinctionem, de quibus *eodem disc. 32. & magis ex proposito occasione agendi de non usu Bullae Piane su- per censibus disc. 1. de censibus.*

Et nihilominus, quando etiam de stricta juris censura iste non usus non esset sufficiens ad tollendam vim legis, & in futurum obligatorius non esset, adhuc tamen ad ef- fectum, de quo agitur, excusandi scilicet & negligentia de praeterito, ille videbatur abundare, dum ex deductis in *ead. disc. 36.* Roviti in hujusmodi administratoribus habitua- libus, & superintendentibus, negligentia debet esse ma- gna, & talis, quae redoleat dolum praesumptum, sive ma- gnam, & latam culpam; a qua utique iste non usus excu- sat, dum administratio suscepta censetur eo modo, quo tunc servetur, ut occasione susceptionis appaltum advertitur *disc. 71. de Regal. & alibi.*

In idem ponderando praxim, & observantiam Urbis, ac etiam Neapolitanae Civitatis, aliarumque magnarum, vel medicorum Civitatum Italiae, in quibus consuevit Montis Pietatis, aliaque plura, & insignia pietatis opera habentur cum duplici specie administratorum, una scilicet actualium stipendiatorum, & altera habituum, qui ut plurimum viri nobiles qualificati ex motivo pietatis ab- ique stipendio istud munus suscipiunt administratoribus habi- tualibus, & superintendentibus, quoniam non concurrente dolo, & collusione cum administratoribus actualibus, & inferioribus, pro istorum defectu non datur contra eos actio, ut in Urbe praxis docuit in casibus, de quibus *supra disc. 15. & d. disc. 68. & 69. de credito cum similibus;* Et merito quidem, quoniam si ita esset non de facili invenire- rentur, qui hujusmodi onera susciperent, ideoque ista di- cenda est quaestio facti potius, quam juris, ex facti qua- litate decidenda, an scilicet addit, necne dulus expres- sus, vel saltem praesumptus, qui ex magna, & nimium lata culpa resulset, magnaque videatur constituenda diffe- rentia inter hujusmodi piorum locorum administratores salarios, & alios, qui ex motivo charitatis hanc superin- tendentiam, & habitualement administrationem suscipiant.

S U M -